

Auszug aus: Syntagma epitaphiorum, quae in inclyta
septemviratus Saxonici metropoli Witeberga pp.

autore

Balthasare Mentzio,

imprim. *Andreas Seidner*. Sumt. *Ambrosii Kirchneri*,
Anno MDCIV. *)

~~~~~  
Liber primus, Pag. 123—135.

(Beglaubigte Abschrift.)

**De coenobio Franciscanorum et principibus  
in eo sepultis.**

Coenobium Franciscanorum situm est ferè in medio civitatis Aquilonem versus in platea, quae a Jurisconsultis nomen sortita est, è regione Collegii eorundem.

Fuitque eius fundatrix Helena Alberti I. Ducis et Electoris Saxoniae coniunx, Ottonis Ducis Brunsvicensis filia, quæ obiit anno Christi 1273. et in templo huius coenobii cum omni sua posteritate humata est, Occasio autem extruendi huius caenobii haec fuit. Cum Fridericus I. Imperator Rom: Henrico Leoni Duci Saxon: eripuisset dignitatem Electoratus et partem ditionis et dedisset Bernhardo Principi Anhaltino Ducis Saxoniae Electoris dignitatem et Witebergam cum vicinis aliquot oppidis, sitis inter Mysorum regionem et Marchionis Electoris ditionem, id quod factum  
124 est circiter annum à nato Christo millesimum centesimum octuagesimum: Fuit Witeberga deinceps longo tempore praecipuus locus aulae Ducum Saxoniae Electorum et plerique principes orti à Bernhardo Anhaltino, et eorum con-

\*) Da die als Originalquelle wichtigen Aufzeichnungen Melanchthons bei B. Mentzius (a. a. O.) sehr selten sind, glaube ich der Forschung einen Dienst zu erweisen, wenn ich sie nachstehend veröffentliche.

inges, filii et filiae Witebergae in hoc caenobio sepulti sunt. Quorum nomina hic recitabimus, non tantum quod ad Epitaphia huius oppidi magnopere pertineant, verum etiam ut qui legent, tot bonis Principibus gratum fuisse domicilium, magis ament hoc oppidum.

Sunt autem collecta et conservata haec nomina et Epitaphia Principum, quae subiiciemus, à Praeceptore nostro Philippo Melanthane. Cum enim Carolus V. Imp. bellum et vastationem his regionibus assidue minaretur, propter mutationem in religione factam: Johannes Fridericus Dux Saxoniae Elector, ut esset contra quemvis bellum impetum munitior, ingenti vallo, fossa et duplici muro latericio oppidum Witebergam circummunivit. Destruxit et templum Augustinianorum situm ad portam Elystram, ut brevius fieret oppidum, et facilius muro includeretur. Factum id anno Christi supra sesquimillesimum quadragesimo secundo.\*) Ne autem commeatus fortè deesset obsidionis tempore, ex templo caenobii Franciscanorum fundati anno 1238,\*\*) fecit granarium, quatuor in eo tabulata seu contignationes extruxit, in quibus frumentum ferina, aliaque ad victum necessaria reponerentur.

Caenobium autem ipsum eidem templo ad latus boreale contiguum Anno 1544. donavit Senatui, ut esset Nosocomium, in quo senes Valetudinarii et pauperes uti etiamnum fit, alerentur et sustentarentur. Quare cum non tantum Altaria, verum etiam Epitaphia huius templi omnia diruerentur: Philippus, ut erat antiquitatis amator et conservator diligentissimus, nomina Principum illorum, qui inde usque ab Alberto Secundo ex Anhaltina familia Duce et Electore Saxoniae in caenobio contumulati erant, de sepulchris eorum descripsit et conservavit, quae nunc ordine recitabimus.

\*) Vergl. § 1.

\*\*) Vergl. §§ 1 u. 6. Muss wohl heissen: 1248, da sich Helena erst 1246 mit Kurfürst Albert I. (§ 5) vermählte.



## I.

§ 6; No. 26 zu 3.  
Anl. II; Grab M.

Anno M.CC.LXXIII. VIII. id. Septembris obiit Domina Helena, coniunx Alberti I. Ducis Saxoniae Elect: filia Ducis Ottonis de Brunswig, fundatrix huius caenobij.

(Sepulta\*) est in medio choro. Dux *Albertus* maritus eius fuit ductor exercitus apud Imperatorem Fridericum secundum, cum in Aegypto Damiata recepta est, Anno 1219. Est autem nunc Damiata, quae olim nominabatur Pelusium. Obiit 1260. sepelitur in caenobio Lenino duobus a Brandenburgo miliaribus.

Pater huius Alberti *Bernhardus*, qui primus Witebergae regiam suam habuit, et primus etiam vsurpauit insignia trabium auratarum et nigrarum, quibus Duces Saxoniae nunc vtuntur, obiit anno 1212. sepelitur Balenstadii sub turri iuxta Albertum Vrsus Patrem, cum duabus vxoribus Jutta Danica et Sophia Thuringica.\*\*)

## II.

§ 7; No. 40 Anl.  
II; Grab C.

Johannes Dux Saxoniae, frater Dominorum de Lauenborg obiit An: M.CC.LXXXII. III. Calendas Augusti.\*\*\*)

## III.

§ 8; No. 41 Anl.  
II; Grab F.

Anno M.CC.XCVII. †) obiit *Albertus II Dux Saxoniae et Elector*.

(Huic Alberto primi filio socer Rudolphus Imperator addidit Paladinatum Saxoniae et Comitatum Breen. Ad oppidum Aken in ripa Albis a Meideburgensibus victus est. Sepelitur in medio choro.)

\*) Alle nachstehend in Klammer gedruckten Stellen sind im Balth. Mentz mit kleiner Schrift gedruckt. Sie sind wohl Melancthon's Commentar, während das Uebrige der abgekürzte Text der Grabchriften ist (vergl. § 36).

\*\*) Vergl. §§ 2 u. 4.

\*\*\*) Johann † 1285 (§ 7).

†) Albert II. † 1298 (§ 8).

## IV.

Domina Hagne vxor Albertii II. Ducis Saxoniae § 9; No. 41 Anl.  
 filia Imp: Rudolphi mortua est M.CCC.XXII. II; Grab D.  
 (Sepulta est in medio choro.)

## V.

M.CCC.XXVII. XVII. Martii, mortuus est Wenceslaus § 14; No. 47 Anl.  
 Dux Saxoniae. II; Grab E.  
 (Sepultus in medio choro in sepulchro marmoreo.)

## VI.

M.CCC.XXVIII. mortua est D. n. Jutta Ducissa Saxo- § 11; No. 44 zu 1.  
 niae, Rodolphi I. Coniunx, filia Marchionis Ottonis longi, Anl. II; Grab B.  
 Mater Ducum Saxoniae Alberti, Ottonis, Johannis et  
 Rodolphi.  
 (Sepulta ad parietem meridianum.)

## VII.

M.CCC.XXIX. IV. Aprillis\*) mortuus est Dux Saxo- § 15; No. 50 Anl.  
 niae Albertus filius Rodolphi I. Electo: Saxoniae natu II; Grab O.  
 maximus.

(Sepultus est in medio choro.)

## VIII.

M.CCC.XXXI.\*\*\*) IX. Aprillis, mortua est Ducissa § 12; No. 44 zu 2.  
 Kunigunda, filia Regis Craconiae vxor secunda Ducis Anl. II; Grab CC.  
 Rodolphi.

(Sepulta in choro versus Aquilonem. Lapis eius  
 honori positus, iussu Johannis Friderici Elect: in arcis  
 templum translatus, et ad aram muro inclusus est.)

## IX.

M.CCC.XLIII. IX. Maij mortua est Domina Hagne § 13; No. 44 zu 3.  
 Ducissa Saxoniae, quae fuit Soror Comitissae de Lindaw, Anl. II; Grab N.  
 vxor Rodolphi ducis Sax. III. mater Ducis Wenceslai.

(Sepulta est in medio choro.)

\*) Albert † den 4. Juli 1329 (§ 15).

\*\*) Kunigunde † den 9. April 1333 (§ 12).



## X.

§ 18; No. 56  
Anl. II; Grab A.

M.CCC.L. tertia feria Paschae mortuus est, Otto  
Dux Saxoniae.

(Sepultus in choro versus meridiem).

## XI.

§ 21; No. 63  
Anl. II; Grab X.

M.CCC.LIII. mortua est Domina Elisabeth, Rodolphi  
junioris Ducis Sax: filia.

(Sepulta in choro ante sacrarii ostium.)

## XII.

§ 10; No. 44 Anl.  
II; Grab J (leer).

M.CCC.LVI. XII. *Martii*, mortuus est *Rodolphus senior*  
*Dux. Saxon. Elector.*

(Sepultus in angulo, iuxta Altare versus Aquilonem.

Hic Rodolphus primus, Alberti secundi filius, natus ex  
matre Hagne vicit Meideburgenses ad oppidum Borea.)\*)

## XIII.

§ 19; No. 53  
Anl. II; Grab W.

M.CCC.LXX. VI. *Decembris* obiit *Rodolphus II. Dux*  
*Saxoniae Elector.*

(Sepultus in choro iuxta filiam:

Hic Rodolphus II. Elect. elegit Carolum quartum  
Imperatorem, contra Ludovicum Bauarum. Profectus in  
Galliam ad Philippum regem Franciae, duxit exercitum  
contra Eduardum Regem Anglicum, quo tempore magno  
praelio\*\*) victi sunt Galli ab Anglis, et cecidit in praelio  
Rex Bohemiae Joannes, qui auxilio ad regem Gallicum  
adduxerat, et Angli Calesio potiti sunt, Donatus est  
autem Rodolphus à Rege Gallico Spina, quae ex Christi  
corona esse dicebatur, quam Spinam cum in patriam  
attulisset, [fundavit Witebergae Collegium Canonicorum.

ANno 1353. die 24. Febr. Sed Fridericus III.†)  
Elector. Saxon. sacellum a Rodolpho exstructum diruit,  
atque eius loco templum nouum, quod nunc vocatur  
templum arcis seu Academiae magnificè exstruxit et or-

\*) Vergl. die Klammer [ ] bei XIII, die Anm. †† u. §§ 10 u. 19.

\*\*) Schlacht bei Crecy, 1346.

\*\*\*) Damals war Rudolph I. (§ 10) Kurfürst von Sachsen.

nauit exquisitè. Tandem Johan. Frid. 3. Elect: ossa Rodolphi ex caenobio Franciscanorum translata, hoc in templo iuxta aram sepelijt.].\*)

## XIV.

M. CCC. XCV. mortua et Dn. Anna II.\*\*) coniunx § 27, No. 66 zu 1  
Rodolphi III. Ducis Saxon: Elector quae fuit filia Bal- Anl. II., Grab L.  
thasaris Landgrauj Thuringiae:

(In medio choro sepulta est).

## XV.

Anno M. CCC. LXXIII. mortua Elisabeth Ducissa § 20, No. 53  
Saxon: vxor Rodolphi. Anl. II., Grab P.

## XVI.

Anno M. CCCC. II. XIII. Calend. Octob. moritur § 23, No. 60  
Wenceslaus dux Saxon. elector. Anl. II., Grab T.

(Hic occupauit Luneburgensem Ducatum, sed in obsidione Cellae accepit lethale vulnus ex quo mortuus est).

## XVII.

M. CCCC. XIX. IX. Junii obiit Rodolphus III. Dux § 26, No. 66  
et Elector Saxoniae, filius maior natu Ducis Wenceslai Anl. II., Grab Q.  
Elect:

(In choro ante aram sepultus est. Depulit Episcopum Magdeburgensem a Beltzick, Nimec, et Rabenstein. Huius filios Rudolphum\*\*\*) et Wenceslaum\*\*\*) viuentibus parentibus oppressit in arce Sunitz lapsa turris. Pater deinde à Sigismundo Imperatore missus in Bohemiam, vt autoritate imperii mandaret Bohemis, vt quiescerent, in itinere veneno sublatus est).

\*) Die Klammer [] betrifft Rudolph I. (§ 10), obwohl Rudolph II., der bis 1356 noch Kurprinz war und also nicht das Stift und die Schlosskirche als Kurfürst gegründet haben kann, bei der Gründung theiligt sein mag, wie z. B. durch Hergabe des Dorns.

\*\*) Anna war die erste Gemahlin Rudolphs III. (§ 26).

\*\*\*) Rudolph III. hatte drei Söhne: a) Rudolph (§ 26, No. 74, Anl. II., Grab Z), welcher 1406 starb; b) Wenzel (§ 26, No. 75), und Sigismund (§ 26, No. 76). Die beiden letzteren erschlug 1406 der Schlossthurm zu Schweinitz; beide lagen in Grab S.



## XVIII.

§ 29, No. 70  
Anl. II., Grab V.

M. CCCC. XXII. *mortuus est Albertus dux Saxon.  
Elect: in Familia Anhaltina ultimus.*

(Sepultus ante altare iuxta Rodolphum fratrem. Hic Albertus Elector in ea familia postremus Rodolphi tertii frater, coniugem habuit filiam Ducis Aureliani, incendio in arce Locha\*) orto, perterrefactus, aliquando post, mortuus est, decessitque sine masculis haeredibus).

## XIX.

§ 24, No. 60  
Anl. II., Grab R.

Anno M. CCCC. XXIX. obiit Cecilia relicta vidua Wenceslai Ducis Electoris Saxon: filia Francisci Vicarij Imperialis in Padua.

## XX.

§ 28, No. 66 zu 2.  
Anl. II., Grab K.

M. CCCC. XXXV. Feria \*\*) post Cantate mortua est Barbara Ducissa Lignicensis et Brigensis coniunx II. Rodolphi III. Ducis Saxoniae Electoris.

(Lapis sepulchralis cum inscriptione erat marmor porphiricum).

Für die Richtigkeit der Abschrift:

Wittenberg, den 29. Mai 1883.

G. v. Hirschfeld,  
Regierungs-Rath.

\*) Schloss Annaburg im Kreise Torgau.

\*\*) FERIA II. heisst es nach dem Todtenbuchs-Auszuge.